ilico suas copias colligens aduenit. Luthariοs sibi reſiſtentes palatio obſedit, XVI. hebdomadas ibi habens. Illi tamen fame coacti falso dextras dedere regem, et suos remeare, ferire, in sua perfidia nihilominus permanentes. Obijt Hildericus Hauelbergensis episcopus: Cui succeſsit Ericus. Lutharij. Hildericus ob. Ericus Ep.

MIX.

Inundatio. Subita ex nostris operibus insolita aquarum refusio facta est, III. Id. Ianuarij, feria secunda, Luna X. multis damnum inferens, VII. diebus in sua rabie perſtitit. Obijt Recharius Patherbrunensis episcopus Cui succeſsit Metinwerck. Sanctus Bruno qui cognominatur Bonifacius archepiscopus et monachus XI. suæ conuersionis anno in confinio Rusciæ et Lituæ à paganis capite plexus cum suis XVIII, VII. Id. Martij petijt coelos. Obijt Vuigbertus Merseburgensis episcopus: Cui succeſsit Thiatmarus. Sed et dominica die palmarum guttæ sanguinis in quibusdam locis uestimentis hominum instillabant. Recharius Ep. ob. Metinwerck Ep. Bruno Arch. ob. Russia. Lituania. Vuigbertus Ep. ob. Thiatmarus Ep.

Prodigia. Sol nebula horribili ex colore ſtupendo mutatus, mirantibus intuentium oculis, uelut sanguineus ac minor se uisus terrorem incuſsit III. Calend. Maij, Fer. VI, luna I. duobus diebus tales minas oſtendens, tertio die uix proprio lumine ueſtitur.

Pestis. Peſtilentia et mortalitas grauiter secutæ sunt. Rex iterum magno dolore simul et ira commotus in Franciam reuertitur, et in pluribus locis multa damna perpetrata sunt, ibique peracta æſtate redijt in Hispaniam sine pace. Dedi comes iter agens de Vuerinzone et Friderico patruele eius de improuiso cum dolo interfectus est. Dedi C. ob. Vuerinzona. Fridericus. ob.

Incendia. Incendia plurima facta sunt per loca, ita ut in homines in quodam uico exuſti, interfecit Fricherum comes.. Machtildis regiæ sororis filia obdormiuit in domino. Moguntiæ quoque basilica noua cum omnibus ædificijs cohærentibus Fricherus. Machtildis. ob.